



194



210/53

27 - 56

CLARISSIMI

VIRI DOMINI DOCTORIS
BARTHOLEMÆI SCHWALBII

GORLICENSIS, MEDICIPHYSICI: QVO-

rum illa Gorlicij die XI. Ianuarij, Anno Chri-

sti 1589. Aetatis Mense XVII. mortua:

hic die XVII. eiusdem mensis & anni

ibidem natus est.

Itemq; de domo ab eodem sub exitum illius
mensis empta in patria.

*Thomas Fritschius, Senior, Medicina D. Gorlic
ensium Physicus ordinarius.*

Laurentius Ludouicus Scolæ Gorl. Rector.

Martinus Mylius.

Jochimus Smidius.

ANNO

*QVI per se Vera Verit vsq; Ve ad fineM saL-
VV s erit.*

GORLICII

Ambrosius Fritschius excudebat.

DN 9046009

De Agnesapina & Antonio
libris

CLARISSIMI

VIRI DOMINI DOCTORIS

THOMAS FRITSCHIVS M. D. DO-
ctori B. Schualbio s. sedem rerum & fortunarum sua-
rum in patria suafu parentis, & autoritate optimo-
rum collocanti, amoris ergò gratulatur.

Σοὶ δ' ἐπανελθόντι κτῆτιν εἰς πατρίδα γαίαν
εὐχομαι ἐκ καρδίας ἀγαθῶν σῶζόντε εἶδόντε.

lecturæ de domo ab eodem sub exitum illius
mentis curata in patria.

Thomas Fritschius, Medicus, D. P. G.
Lecturæ de domo ab eodem sub exitum illius
mentis curata in patria.

ΑΝΝΟ

MDCLXXV

GÖRLICII

Ambrosius Fritschius excudit.

A D C L A R I S S I M V M
E T D O C T I S S I M V M V I R V M, D O M.
B A R T H O L. S V A L B I V M, P H I L O S O P H I A E
& a r t i s M e d i c a e D o c t o r e m, & c. C o m p a t r e m s u u m
o m n i o b s e r u a n t i a h o n o r a n d u m, i n
p a t r i a m r e d e u n t e m.

Psalm. 84.

Inuenit HIRVUNDO nidum sibi: ubi po-
nat pullos suos.

Dulcis amor patria caelestis semina flamma
Sentit: Et ad caelum tollere corda iubet.

Hinc Ithacam repetit saxosam durus Vlysses:

In patriaq; cupit vivere quisq; sua.

Quinetiam bruta repetunt sua tecta volucres:

Et vernans patrio gaudet HIRVUNDO lare.

Montibus hac celsis, hac crescit vallibus imis,

Et patrium poscit qualibet herba solum.

Et tibi dulce solum patria est, clarissime SVALBI:

In festo quamuis frigore sauit hyems.

In patria cunis ludit tibi filius infans:

Infans dum tristi filia morte cadit.

Complexu patria sed ne auellaris ab arcto:

Astrinxit proprijs adibus illa tuos.

A 2

Corporis

*Corporis hac patria est: anima sed sedibus altis
Aeterna est. CHRISTI munere parta quies.*

Honoris & obseruantiae ergò

Laurentius Ludouicus.

Ad clarissimum virum D. SVALBIVM
denato sibi filiolo, &c.

M Iraris cur tot natorum funera tristes
Videris ante oculos, Bartholomæ, tuos.
Effabor causam, si Glogouiaq; tuaq;
Pace bona fiat, coniugis atq; tuae.
Te quoties fecit speratum Agnetæ parentem,
Aut quoties mater facta Sabina tua est,
Scis te, scis toties patriæ subducere alumnum,
Civem Gorlicijs inq; videre novum.
Scis te non sobolem voluisse hic nascier, unde
Gauderet nato patria terra suo:
Olim quo sese iactarent mœnia: Et in quo
Spectarent magni semina parua patris.
Hinc genius patriæ offensus, Parcaq; sorores
Ante diem natis fila scidere tuis.
Sed nunc mutatus mentem, quia coniuge nasci
Sub nostro pateris sidere filiolum:

Ecce

Ecce magis fiunt tibi mitia fata, tuoque
Decernunt plures propitiora dies.
Vivet is, ingeminant, vivet, patriaque patrisque
Eximium perget perpetuare decus.
Vivet, Sualbiacam & seros numerando nepotes
Firmabit longa posteritate domum.
Vivet, & in proprias laudes sic crescet, ut olim
Quem cantent habeant secula futura virum.

Martinus Mylius faciebat.

Votum de empta domo ad eundem
D. Schualbium.

Sidere quae fausto tibi, Bartholomæe, coempta est
Sit patria felix & tibi fida domus.
Angelicæ turbae latera undique & undique cingant,
Perstet & hospitij præside tuta DEO.
Sit Schola parva tuis, sit parva Ecclesia natis,
Quam regat & servet filius ipse DEI.
Sit patria oraculum, certam petat unde medelam,
Res quoties subitam languida poscit opem.
Prosperitas sedem hic ponat, pax libera regnet,
Æternumque habitat candida religio.
Semper aperta bonis pateat, pateatque Camænis
Et contra excludat ianua clausa malos.

A 3

Non

*Non unde noceant, non his contrarius ignis,
Non quatiat fractum seu procella caput.
Quaeq; stat angusto nunc circum limite scripta,
Nominemox superet tecta superba ducum.
Sis ornamentum domui, domus ipsa sit urbi,
Et formam magni praferat imperij.
Omnia cumq; tibi, quod spero, prospera cedent,
Non cedent animo caelica regna tuo.
Fixa caue mens sit terrenis, patria caelum est,
Hospes es hic, illic incola verus eris.*

Idem.

*Clarissimo Domino D. Barthol. Sualbio
nouo ciui Gorlicensi gratulatur.*

*G*orlicij tibi parua domus sed amœna coempta
est,
Peonis ars magnū quem facit esse virum.
Corpus parua domus, famam non ambitus urbis
Unius capit, aut Lusatis ora capit.
Expectate veni, patria nouus incola terra,
Eximium decus ac urbis & orbis honos.

Ioach. Smidius.

Cur

Cur tot natorum vidisti funera? cur tot
Quassauere tuam tristia fata domum?
In promptu causa est, pœnas irata poposcit
Patria, contemptum scilicet vlt a sui.
Nunc placata nouus quia factus es illius hospes,
Pro duris posthac mitia fata dabit.
Mitia fata dabit, seriem numerare nepotum
Ut longam longa prosperitate queas.

Idem.



Et hoc nunc videtur? cur hoc
Quasi tunc tuam tristitia fata domum?
Et promptu causa est, parva tunc poposcit
Parva, contentum scilicet est a se.
Nunc placet a nonne quia factus est illius hospes
Et datus posthac tunc fata dabit.
Quia fata dabit, factus invenit ne potuit
Et longam longam prosperamque quae.



Oberlausitzische Bibl. Görlitz



1006923 3